

provocaverint, recusantesque tentaverint crebris incursibus; quod quolibet prelio potiores evaserint. itaque, motis castris, ad Olium gressus referunt. venientes copie hostium proxime subsequuntur [et] in agro Cremonensi fessi subsistunt, ubi nostri, nullo vallo aut fossa contenti, die noctuque ^(a) prompti pugnare, liberam de se hostibus copiam dabant, cum hostes interea se aggere et fossa iunctisque curribus tuerentur. per duos dies totidemque noctes sine intermissione tumultuario prelio certatum est, nostros semper comitante victoria. que res tantum animos hostium exterruerat ut, 10 etsi multitudine preessent atque in campo sui iuris bellum fieret, nunquam tamem tuto se pugne credere auderent. eo loci evenit quod ^(b) Conradum Comitem ^(c) clariorem efficeret. plurimos namque hostium in medium deductos, non tam fortiter quam indiscreti pugnantes, is, cum multis suis ^(d) a tergo veniens ^(e) intercepit, eisque 15 obtruncatis, quorum numerum constat centenarium ^(f) transcendisse, victoriosus in castra reversus est. talibus monitionibus ^(g) castigati, hostes congregati minus et conserere manum ^(h) recusabant, sed pedetentim carpturi, si quid ⁽ⁱ⁾ longius a signis vagaretur, venientem sequebantur exercitum.

20 Plurimi sub id tempus falsi rumores, qui nunc spem adderent nunc detraherent, ad nos ferebantur quotidie; atque in primis de exercitu nostro, cum persepe victorem, persepe victimum et in angustiis clausum dicerent; at ille precipe, sagacitate ^(k) Florentinorum, qui non solum armis verum etiam opinionibus bella gerunt, iterum atque 25 iterum ad nos relatus ^(l), advenisse in Italiam comitem Arminiaci ^(m) cum grandibus copiis, laturumque parti nostre subsidia, hactenus, ut res indicant, solo nomine metuendum. de quo quid sentiam alii litteris a me habes. nunc ceptum prosequor.

Nostri ad Olium veniunt; vadum in inferiore fluminis parte ad 30 latus molendini difficile admodum reperiunt. quo loco hostes,

Torna verso l'Oglio, sosta nel contado Cremonese, seguito dai Visconti.

Quivi s'accende una violentissima zuffa, che dura ben quarantotto ore.

Il conte Corrado tende un'imboscata ai Visconti, ne ammazza più di cento.

Intanto giunge a Padova notizia di varia vicenda di guerra e che il conte d'Armagnac era sceso in Italia con grandi forze in soccorso della Lega; novella, questa, di fonte fiorentina e non nuova.

Su di ciò ei già disse il suo parere.

Giunti i collegati all'Oglio, il passaggio fu di nuovo contrastato dai Visconti.

(a) *Mur.* diu noctuque (b) *B P* Eo loci venit ut *R* evenit quod *Ra* evenit ut
 (c) *Mur.* Dominum Conradum *Ra* Comitem vici aggeris familiæ non obscure fortuna
 clariorem (d) *Mur.* cum suis militibus *Ra* cum suis ex manu Iuvenum Patavinorum
 delectis (e) *B Ra* venientes (f) *R* centum *Ra* victoriosus magno letissimoque so-
 ciorum plausu in castra (g) *B G P* munitionibus (h) *R* manus (i) *P* si qui
 (k) *Ra* Ille precipe sagacitates (l) *Ra* relate

(1) Cf. la nota 1 a p. 53.